

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Cordis aperta simplicitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A lius Tacitus subscribunt, qui circumcidere genitalia Judæorum institutum asseverant. Sed enim qui veterum monumenta studiosus perscrutantur, Abrahamum norunt signum populo suo dedisse circumcisionem, qua sui ab Ægyptiis distinguerentur. Non igitur, diceret Irenæus, ad similitudinem Cynocephali circumcidebant Ægypti, sed ab Hebræis ritum hunc Ægyptiorum natio magna ex parte suscepit, quæ virum illum per annos multos in Ægypto degentem, & de divinis assidue dissecentem admirata est, pluribus & veteribus & novis scriptoribus id asserentibus. Sed fac nihil horum inveniri, validius id mihi argumentum est, quod ex historia desumitur, mutilandorum genitalium legem antiquis temporibus popularem apud Ægyptios non fuisse, cuius rei Pharaonis filiam testem appello locupletissimam, quæ cum in ripa profluentis fluvii Mosem comperisset, e velatio circumcisum agnoscit, & fortun gentis Hebraicæ nuncupavit. Quod si circumcidendi mos Ægyptiorum itidem fuisset, quinam ex hoc signo in cognitionem eam devenire potuerit? Ex quo illud etiam suspiciari licet, non omnium Ægyptiorum institutum fuisse mutilationem hujusmodi, sed sacerdotum tantum, ut à prophani fecernerentur, quod apud Hebræos semper populariter observatum est. Notum illud est, Judæos olim contra Hadrianum movisse bellum, qui, ne mutilarentur genitalia, yetare volebant.

CORDIS APERTA SIMPLICITAS. CAP. X.

De mysteriis autem ratione, varia traduntur ab authoribus pene omnibus, sed præcipue quidem *Circumcisio my-*
nihil præter obscenorum munditiam ea re quæsiunt exsilitiant. Alii figuram eam fuisse ajunt, *sica figura-*
fed quam ne ipsi quidem Hebrai satis intellexerint. Non desunt, qui id insigne ob eam causam genti-*catione.*
inditum putent, quo numeroſa illa progenies ccelitus Abrahamo promissa, à cæteris esset gentibus
discreta. Antiqui omnes Theologi, ex hoc circumcidendi cordis figuram & typum afferunt, quod ea
pars, quæ circumciditur, similitudinem quandam habeat cordis: iussisse vero Deum ut ea nudaretur,
quo ostenderet, aperto & simplici corde oportere nos vivere, utpote, quæ in ea corporis parte, quæ
omnium fere gentium ritu pudoreque velari solet, instituta sit: quia secretioris illius circumcisionis,
quæ in corde fieri debet, indicium fuit. *Circumcisio enim sumus,* inquit Apostolus, *circumcisio non ma-*
Cruſa. Nam & Prophetæ idem clamant: *Circumcidite duritiem cordis vestri.* Declamant super
hoc Lactantius, Eucherius, Irenæus, Graci Latinij omnes. Nam illa, inquit, *carnis mutilatio in Ju-*
dæis, nisi significaret cordis circumcisionem, carceret utiq. ratione: quia si Deus id vellet tantum, à principio
sic hominem formasset, ut preputium non haberet. Qua vero super hac re multa admodum magister
noſter Paulus fenſerit, cum sint quotidie in pitorum manibus, & publice recidentur, supervacaneum
ea repetere judicavi: idq. fuit monuſſe, Originem Adamantium super hoc legendum epift. ad
Romanos cap. 2. lib. 2. & alibi paſſim, ita tamen ne Chrysost. Basiliū, & ex nostris neminem præte-
reamus.

IRACUNDIA. CAP. XI.

A Ægyptii sacerdotes iracundiam per Cynocephalum indicabant. Est enim Cynocephalus ante omnia animalia iracundus, indignabundusque, de quo id dici potest, quo de Pane Theocritus,

Kαὶ οἱ ἄει δεμηταὶ χολὰ ποτὶ ρὺν κάθηται. quasi dicamus,

Semper acerba illi pro naribus affides ins.

DNam omnino & Panes, & Satyros, & Sphinges, & Simias, & Cynocephalos idem propemodum ge-
nus, diversis tamen inter se distinctum speciebus, authores ponunt. Nascentur vero Sphinges apud *Spinæ.*
Trogloditas Æthiopes, forma haud ei dissimili que pinguntur, fusco pilo, mammis in pectore gemi-
nis, monstro similes, sunt etiam paulo pinguiores: naturam habent in cicurationem admodum pro-
clivem, pluribus exercitiis disciplinisque aptam. Albertus quoque inter Simiarum genera Sphin-
gem agnoscit, insignem duabus in maxilla maculis nigricantibus, cauda coloris itidem subnigra &
oblonga. Harum ego unam Veronæ cum essem, vidi, mammis illis & glabris & candidis, à pecto-
re propendentibus: circumducebat eam circulator quidam Gallus, ex ignotis antea insulis recens *ex ignotis*
advegetam. Ostentabat idem cuniculos nostris quadruplo maiores, mira quippe corporis obesitate *insulis.*

K

disten-